C. PLINII SECVNDI HISTORIÆ MVNDI Libri XXXVII.

CVM CASTIGATIONIBVS ET ADNOtationibus doctiſs. & variis præterea lectionibus ex mſs. compluribus ad oram paginarum accurate indicatis.

Ex nouiſſima & laborioſiſſima editione

IACOBI DALECHAMPII,
Medici, Cadomenſis.

Cum INDICE *duplici, vtroque locupletiſſimo.*

Accedunt iam primum PAVLI CIGALINI Comenſis prælectiones duæ eruditiſs.
Vna De vera patria noſtri PLINII: altera De fide & auctoritate ipſius.

FRANCOFVRTI,
Apud Claud. Marnium & heredes Ioan. Aubrij.
M. DC. VIII.
Cum Gratia & Priuilegio Sac. Caſ. Maieſtatis.

Digitized by Google

ANNOTATIONES.

a Artemidorus primo Onirocriticōn ex Euæni ſententia in Eroticis, Camelos dictos vult, quaſi καμμίρυς, ὅτι βαδίζοντι μίσουσι τοὺς μηροὺς κάμπτουσι. Rhodig. cap. 18. 7.

b Δικτύλους & Δικώρτους Græci vocant. Heſychio, ... De his Diodor. 3. Biblioth ...

c Varro de ling. Lat. *Camelus nomine Syriaco in Latinum venit ... Alexandria camelopardalis nuper ... quod erat figura ut camelus, maculis ut panthera (vulgo Giraffe.)* Eam curatiſſime deſcripſit lib. 43. ... Heliod. Æthiopi. lib. 10. Solinus cap. 33. *Diuerſium conſuſa genus pecoris ... mel...* Politianus cap. 3. Miſcellan.

De chao, & cepho. CAP. XIX.

1 Chama. Ch. & in emend. vel, chaum.
2 rufium. Ch.
3 caphus. Ch.

POmpeii Magni primum ludi oſtenderunt [1] a chaum, quem Galli [2] rhaphium vocabant, effigie lupi, pardorum maculis. Iidem ex Æthiopia, quas vocant [3] b cephos, quarum pedes poſteriores pedibus humanis & cruribus, priores manibus fuere ſimiles. Hoc animal poſtea Roma non vidit.

ANNOTATIONES

a Fortaſſis Thoem: vulgo lupum ceruarium: qui Gennetiam noſtram eſſe putant veriſimiliora loqui videntur. Alii ſic dictas putant zibetas. ſiue catos zibetas.

b Strab. lib. 15. κῆπον vocat, que tradit facie Satyro ſimile, ... inter urſum & canem, ... in Æthiopia naſci, ſemiuulpem nunc appellant.

De rhinocerote. CAP. XX.

1 cornus. M. Ch.

IIſdem ludis & a rhinoceros, vnius in nare [1] cornu, qualis ſæpe viſus. Alter hic genitus hoſtis elephanto: cornu ad ſaxa limato præparat ſe pugnæ, in dimicatione aluum maxime petens, quam ſcit eſſe molliorem. Longitudo ei par, crura multo breuiora, color buxeus.

ANNOTATIO.

a Pauſanias Æthiopicum taurum eſſe putat, ac ſuper cornu quod in nare prominet alterum habere, ſed exiguum. Rhinocerota & Hippopotamum Romę primum viſos Dion ſcribit, Auguſto triumphante de Cleopatra. Martial 22. 3.

Namque grauem cornu gemino ſibi ſuſtulit vrſum,
Iactat vt impoſitas taurus in aſtra pilas.

Vide Politian. cap. 56. Miſcell.

De lyncibus, & ſphingibus, & crocutis, cercopithecis, Indicis bubus, ... crocutis, eale, tauris Æthiopia, manticora, monocerote, catoblepa, baſiliſco, CAP. XXI.

1 monſtra. M. V. monſtri. Ch.
2 pinnatos. Ch.
3 conceptas. Ch.
4 aſini Ch.
5 Indi equos vnicornes. ex Strab. lib. 15.

LYncas vulgo frequentes & ſphingas, fuſco pilo, mammis in pectore geminis, Æthiopia generat, multaque alia [1] monſtro ſimilia: [2] pennatos equos, & cornibus armatos, quos Pegaſos vocat. Crocutas, velut ex cane lupoque [3] conceptos, omnia dentibus frangentes, protinuſque deuorata conficientes ventre: Cercopithecos nigris capitibus, pilo [4] aſinino, & diſſimiles cæteris voce: [5] In...

Digitized by Google